Sed falsa & inanis eorum erat loquela; Haecq.
audiens eps treuerorũ statim sine mora iussit
ipsos legatarios ibidem reuerti & uirũ di scm
goarũm sibi praesentari praecepit. dicens
quod inquisitione de ipso facere uoluisset.
perquod ut quali ingenio haec fecisset; Qui
uenientes ad ipsum uirum di dicunt ei dolose;
Eps noster rusticus. salute tibi mandat quas illã
accusatione ei celare uoluissent. & mandat tibi
festinanter. ut ad ipsum adtreueris ciuitatem
sine mora uenias; Quod audiens uir di scs
goar. cũ gaudio dixit; faciat dns. faciat
ut possim. quia oboedientia sine mora facienda est;
Nocte itaq. illa fecit illis caenã secundũ uires suas. & ip
se in di laudibus sicut solebat persistebat; Mane
autẽ p cursũ suum copletũ. cepit missarũ sollem
nia caelebrare; Cumq. completũ habuiss& offici
um suũ die illa. dixit ad puerũ suũ; fili fac nobis
de habundantia ñra. ut caritatẽ isti legatarii
domni epi. & senioris ñri. simul nobiscũ faciant.
quia in itinere sunt. & forsitan nobis ds aliquem
pauperem. uel peregrinũ adducet. ut nobiscum
similiter faciat; Quod audientes illi qui fuerant
furenti animo. nonpotuerunt malitiam quã gere
bant in corde abscondere. dicentes ei; nec tu bene
facis qui sic facis. nec nos tibi haec consentire uolumus.
Scs goar dixit. mala domus est in qua dns non time
tur. si diu timuissetis. forsitan caritatẽ non recusa
retis. Inter haec sibi conloquentib; uenit puer & dix
it; ecce peregrinus stat ad regiam ñram; Qui cum
audisset cũ gaudio dixit; fili uoca illũ; Qui cum uo
catus fuisset dixit. Ecce quã bonum & quã iucun
dum habitare frs in unũ; Alebat peregrinum.
& fecit sibi caritatem; Haec uidentes illi legata
rii; cum magna laetitia strauerunt equos suos.
dicentes intra se dolose; Nunc manifeste uidemus.
quod epo ñro nuntiare possumus. & coeperunt
rogare sibi aliquid dari in sacculis eorũ ad manducandũ
& ad bibendũ. quod cũ gaudio ipse uir di facere pcepit;

Quod cum factum fuisset. illi cum uociferatione
coeperunt cogere illum. ut festinanter iterare debe
rent; Ipseque uir di cum haec audisset. statim sine
mora strauit asinum suum. & mansculus suus mulum
suum. & coeperunt ambulare; Cum autem ambu
larent. uir di in psalmis & ymnis meditabatur;
Cumque miliariũ sextum perambulassent. ubi pau
lo campus nuncupatur. dixit alboinus ad adaluinũ;
fames mihi est satis. & sitis me occupat; & adaluinus
dixit; Si ego celeriter non bibam. forsitan mori
habeam. Dicentes intra se. festinare ad aliquem ri
uulum. & ibi desiderium eorum complere; Quo cũ
uenissent ubi riuulus erat. guttam de aqua non in
uenerunt; miserunt manus ad sacculos ad mandu
candum & ad bibendum. & nihil inuenerunt; Apo
stolicã uerbã completã. mihi uindictã. ego retri
buam dicit dns; Sed si esurierit inimicus tuus.
cyba illum; Si sitit potum da illi; Hoc enim faci
ens carbones ignis congeres super capud eius.
Noli uinci a malo. sed uince in bono malum. Hanc
sententiam. considerabat uir di scs goar. Inter
haec autem labor eorum magis & prolixius cresce
bat; Et dixit alboinus ad adaluinum; Talem fa
mem & sitim numquam habui; Et haec dicens.
cecidit de equo suo quasi mortuus; & adal
uinus ad beatum uirum di goarũm dixit; Suc
curre nobis bt piussime sacerdos. quia fame & siti mori
turi sumus; Scs goar cum haec uerba audisset.
cum gaudio dixit; fili recordari oportet. quia
ds caritas est. & qui manet in caritate in do ma
net. & ds in eo. Hodie fili quando uidistis me
indignũ caritatẽ facere. non debuera tis excusa
re. nunc autem ad corripiendũ uos. facit dns
ista; Inter haec sibi loquentibus uenerunt tres
ceruae mirae magnitudinis. quasi scam trini
tatem praefigurantes; Quae steterunt a longe;
quas cum uidiss& uir di scs goar. inuocauit
scam trinitatem. & iussit eas stare; Quae cum
stetissent. adprehendit uasculũ suũ. & mulsit illas;

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0124